Johannis Podenſteiner

CLAVIS LINGUÆ ANGLICANÆ;

è Tabulâ

in

præſentem formam

redacta.

Anno M. DC. LXXXV.

35.

EX
BIBLIOTHECA
REGIA ACAD.
GEORGIÆ
AUG:

Oratio Dominica Anglicè.

OUr Father which art in heaven. Hallowed be thy Name. Thy Kingdom come. Thy will be done in earth, as it is in heaven. Give us this day our daily bread. And forgive us our treſpaſſes, As we forgive them, that treſpaſs againſt us. And lead us not into temptation. But deliver us from evil. For thine is the Kingdom, and the power, and the glory for ever and ever. Amen.

Symbolum Apoſtolicum.

I believe in God the Father almighty, maker of heaven and earth. And in Jeſus Chriſt his onely Son our Lord; who vvas conceived by the holy Ghoſt. Born of the Virgin Mary, ſuffered under Pontius Pilate, was crucified, dead and buried; He deſcended into Hell; The third day he roſe again from the dead. He aſcended into heaven, and ſitteth on the right hand of God the Father Almigthy; from thence he ſhall come to judge the quick and the dead. I believe in the holy Ghoſt; the holy Catholick Church. The communion of ſaints: The forgiveneſs of ſins: the reſurrection of the body: And the life everlaſting.

Amen.

Cap. I.

De Literis.

Angli hodie utuntur literis latinorum: ſed, nominibus, & Vi eorum in pronunciando, mutatis. Nam,

A. a. nominant	Æ.	N. n.	
B. b.	bi.	O. o.	
C. c.	ſi.	P. p.	pi.
D. d.	di.	Q. q.	qiû
E. e.	i.	R. r.	
F. f.	if.	S. ſ.	
G. g.	gi. dſchi.	T. t.	ti.
H. h.	hædſch.	V. u.	iû.
I. i.	ey.	W. vv.	dubl iû.
K. k.	kæ.	X. x.	ex.
L. l.		Y. y.	vvy.
M. m.		Z. z.	ſet.

VOCALES.

A. Sonat æ Lat. vel ä Germ. Ut: *Baker*, piſtor: *male*, mas. Excipe, niſi ſequatur geminum *ll*, tùm effertur per *a* clarum, ut *all*, omnes; *call*, voco: *vvall*, murus, &c.

E. Initiale Lat. Sic: *Ever*, ſemper; *vvhere*, ubi: *there*, ibi; *ſevere*, ſeverus.

E ſi-

E finale nunquam pronuntiatur: nisi in Articulo *The*, Hic: Nam, in *Be*, esse: *he*, ille: *she*, illa: *me*, me: *ye*, vos: *vve*, nos: pro *ee*, extat. Manet etiam mutum in compositione: *Namely*, nempe: *nevves*, novellæ. Nisi pronuntiatio postulet: ut, *Vices*, vitia: *chooses*, eligit. Et sæpe eliditur, vel à sequente vocali absorbetur. ut, *Lou'd*, amatus.

I. Valet ι. græc. Ut, *Idol*, idolum: *rider*, eques: *fire*, ignis. (Excip. *Give*, do: *live*, vivo: *schire*, provincia *bit*, morsus: *vvil*, volo: *vvin*, lucror: *sin*, peccatum.)

Sic ante *dl*, *ght*, *ld*, *nd*: ut, *Idl*, vanus: *light*, lux: *vvild*, ferus: *mind*, mens.

Ante vocalem autem fit consona, sonans *dsch*. ut, *James*, Jacobus: *John*, Johannes: *Just*, Justus.

O. sonat ω græc. ut, *Oven*, furnus: *potent*, potens: *so*, sic: *more*, plus.

Exc. *Come*, venio: *doe*, facio: *shoe*, calceus: *some*, aliquis: *to*, ad: *tvvo*, duo: *vvho*, qui vel quis. In quibus sonat *u* Sequente *ld* effertur ut *ou*: in *bold*, audax: *cold*, frigus.

Alibi medium inter a & o sonum breviter edit. ut, *God*, deus: *for*, nam: *or*, vel.

Et ante *n* fæpe vaneſcit. ut, *Bacon*, lardum: *capon*, capo: *perſon*, perſona.

V. Sicut iû: in *Unite*, unio: *uſury*, uſura: *uſe*, uſus: *true*, verus.

At, ſequente vocali, vel muteſcit: ut, *guard*, *guide*, conductus: *gueſt*, hoſpes: vel fit conſona. ut *cough*, tuſſis: *daughter*, filia: *enough*, ſatis: quæ proferuntur, ut: *coff*, *daſter*, *enoff*.

Y. Profertur ut *u* græcorum. *Yron*, ferrum: *tyran*, tyrannus; *ſynod*, ſynodus: *by*, apud, per.

(In fine vocum promiſcuè ſcribuntur, *y* & *ie*, ut *body*, *bodie*, corpus: *very*, *verie*, valdè.)

Ante vocalem fit conſona *j*. ut, *Ye*, *You*, vos: *Yard*, ulna.

DIPHTHONGI.

Ai, vel *ay*, ſonant ut ä German. *aire*, aër: *faith*, fides: *day*, dies.

Au, & *avv*, ſicut aa: *Fraud*, fraus: *laud*, laus: *lavv*, lex.

Ea, uti ee: *Bean*, faba: *bear*, urſus: *deaf*, ſurdus: *ſvvear* juro.

Exc: ſonat i in *Blear*, lippus: *chear*, hilaris: *clear*, clarus: *dear*, carus: *neare*, prope: *reade*, lego: *ſpeach*, ſermo: *year*, annus: At hæc per *ee* etiam ſcribuntur.

Ee, uti longum i: *Deed*, factum: *see*, video: *theef*, fur.

Eau, *eu*, *evv*, & *ieu*. sonant iu: *Beauty*, elegantia: *neuter*, neutralis: *devv*, ros: *fevv*, paucus: *jevvel*, gemma: *lieu*, locus At *people*, populus, legitur *pipl*.

Ei, & *ie*, in medio syllabæ sonant ut i: *Cheif*, principalis: *field*, campus: *friend*, amicus: *grief*, dolor.

Oa, sonat oo: *Boate*, cymba: *coate*, chlamys: *oat*, avena. Exc. sonat aa. in *Broad*, latus: *abroad*, foris: *groad*, quatuor nummi.

Oo, est longum u: *Boote*, ocrea: *food*, cibus: *fool*, stultus.

Ou, & *ovv*, interdum clariùs sonant: *Soul*, anima: *snovv*, nix: *sovv*, sero, suo.

Interdum obscuriùs: *House*, domus: *mouse*, mus: *lovvse*, pendiculus: *out*, ex.

Exc. *u* solùm auditur in *could*, poteram: *should*, debebam: *vvould*, volebam: *mourn*, lugeo: *you*, vos: *youth*, juventus: *court*, aula: Et in *Ous*, & *our*, terminantibus: *Gratious*, gratiosus: *industrious*, *prosperous*, felix: *honour*, honor: *Creatour*, creator:

CONSONANTES.

C ante *a*, *o*, *u*, & ante Consonas, sonat uti k: *Can*, possum: *copy*, copia: *cut*, scindo: *clear*, clarus: *creep*, serpo.

Ante *e, i, y,* uti ſs: *Ceaſe,* ceſſo: *cite,* cito: *cypreſſe,* cupreſſus.

Ch ſonat tſch: *Church,* templum: *child,* infans: *reach,* porrigo, legitur *tſchürtſch, tſcheild,* &c. At *Chriſt,* l. *kreiſt.*

G, ante *a, o, u,* & ante conſonas ſonat ferè uti k: *Gape,* hio; *God,* Deus; *good,* bonus; *gum,* mi; *gnavv,* rodo; *glaſſe;* vitrum. (Sic etiam *gg*: *Legg,* crus: *Egg,* ovum.)

Sed ante *e, i, y,* ut dſch: *Genealogy,* genealogia: *giant,* gigas: *ginger,* zinziber.

Exc. ſonat ferè ſicut k in *Anger,* ira: *begin,* incipio: *eager,* acris: *finger: geld,* caſtro: *get,* acquiro: *giblets,* proſecta anſerum: *giddy,* vertiginoſus: *gift,* donum: *giglet,* laſcivus: Gil(*bert*)us: *gils,* branchiæ: *gimlet,* terebrum: *gild,* ſocietas, inauro: *gird,* cingo: *girth,* zona: *girdl,* cingulum: *girl,* puella: *gitern,* fidicula: *give,* do: *hunger,* fames: *linger,* cunctor: *munger,* mercator: *ſinger,* cantor: *ſvvager,* ſuperbio: *together,* ſimul.

Gh, in vocum principio ut nudum g pronunciatur, ut *Ghoſt,* ſpiritus. Sed in fine liqueſcit: *Light,* lux: *night,* nox: *nigh,* prope: *thigh,* coxa.

H, non ſonat in *Herb,* herba, *heir,* heres: *honour,* honor: *honeſt,* honeſtus: *hoaſt,* exer-

exercitus: *hoſt*, hoſpes: *hoſteſſe*, hoſpita: *hoſtage*, præs: *hour*, hora: *hoſtel*, hoſpitium: *hoſtler*, ſtabularius.

L, ante *f*, *k*, *m*, ſyllabam, producendo liqueſcit, in *Calf*, vitulus: *half*, dimidium: *ſtalk*, caulis: *chalk*, calx: *folk*, populus: *talk*, loquela: *vvalk*, ambulo: & *falcon*, falco: *balm*, balſamum: *Pſalm*, pſalmus: *palm*, palma, palmus: *qualm*, morbus, exhalatio.

Sh, ſonat ſch: *She*, illa: *shine*, ſplendor: *vvash*, lavo.

Th, (græc. θ.) anſerino ſibilo gaudet, linguam inter dentes imponendo: *Thanke*, gratia: *thy*, *thine*, tuus: *thou*, tu: *thred*, filum: *father*, pater: *thicken*, denſo.

Ti, ſequente aliâ vocali ſonat *ſi*: *Patient*, patiens: *action*, *caution*, *diction*: ſed ſi præcedat *s*, ſonum ſuum retinet, ut, *quæſtion*, *mixtion*.

W, ſicut u Latin. (in quando) *VVade*, vado: *vve*, nos: *svvan*, cygnus.

Ubi ante *h*, ſcribitur, poſt illud ſemper profertur: *VVhe*, *vvich*, quis; *vvaht*, quid; lege *hvve hvvich*, &c.

Cap. II.

De Accentu.

Hæc lingua vocibus monoſyllabicis ſcatet. Quælibet igitur ſuo gaudet accentu.

Voces trisyllabæ & polysyllabæ accentum habent in antepenultima.

Dyssyllabæ accentuant priorem: *Father*, pater: *colour*, color.

Compositę verò ex præfixis particulis, *A, ad, be, con, de, dis, en, in, for, fore, mis, per, pro, re, sub, sur sus, over, un, under, vvith,* linquunt accentum posteriori syllabæ.

Voces aliis linguis communes accentum anticipant: *Cónsort, cóntrary, éxcelent, fámily, hístory, Músik, pérfect, pérson, Próphet, &c.*

Accentus distinguit Nomen à verbo: *Préſent*, præsens: *preſént*, præsento: *tórment*, tormentum: *torméntt* tormento.

Cap. III.

De Nomine.

Nomen est duplex, Substantivum & Adjectivum, quę nec Generum nec Casuum discrimen habent.

Nomini præponuntur duo Articuli: Indefinitus, *A, an,* quidam, in Singul. Numero tantùm: Definitus, *The*, hic; & quidem in utroque Numero.

Sexûs discrimen fit, vel Pronominibus præpositis: *He*, ille: *she*, illa; vel aliis distinctis vocibus. *He asse*, asinus, *she, asse*, asina; *he goat*, caper: *she goat*, capra: *kid*,

kid, cappellus: *male hare*, lepus: *female hare*, lepus fœmina: *horſe*, equus: *mare*, equa: *colt*, pullus.

Aliquando à nomine maris formatur nomen fœminæ, adjectâ terminatione *eſſe*: *Godeſſe*, dea: *Princeſſe*, principiſſa, *lioneſſe*, leæna.

Pluralis Numerus formatur ſubjecto *es*: *Hand-s*, manus: *booke-s*, libri: *day-es*, dies: *houſes*, domus.

Exceptis: *Brother*, frater: *chick*, pullus: *child*, infans: *foot*, pes: *gooſe*, anſer: *louſe*, pediculus: *mouſe*, mus: *man*, homo: *oxe*, bos, *tooth*, dens. Plur. *Brethren*, *chicken*, *children*, *feet*, *geeſe*, *lice*, *mice*, *men*, *exen*, *teeth*.

Singularia in *f* finientia mutant illud in plurali in *v*, (ut & in Adjectivo Poſſeſſivo, de quo infra.) *Beef*, *beeves*, bubula: *knife*, *knives*, culter: *vvife*, *vvives*, fœmina: *Life*, *live's time*, vitæ tempus.

ADJECTIVA.

Ea ſine ullo Caſuum, Generum & Numeri diſcrimine, Subſtantivis vel immediatè præcedunt: *Avviſe man*, ſapiens vir: vel, ubi plura Adjectiva concurrunt, ad placitum etiam poſtponuntur: *A man (both) vviſe & valiant*, vir prudens, pariter & fortis.

Comparatio fit à Poſitivo adjectâ termina-

mination*e*, *er*, & *eſt*: *Ligth*, *-er*, *-eſt*, lucidus: *vviſe*, *-er eſt*, ſapiens.

Exceptis 4. *Good*, *beter*, *beſt*, *bonus*; *bad*, vel *ill*, *vvorſe* (*r*), *vvorſt*, malus; *much*, *more*, *moſt*, multus; *litle*, *leſſe* (*r*); *leſt*, parvus. Ex quibus *much*, & *litle*, Adjectivis præfixa, etiam Gradus inſtituunt; *Much-more-moſt-godly*, pius; *litle-leſſe leſt-foul*, ſordidus.

One, unus & Plur. *Ones*, omnibus Gradibus Subſtantivi loco poſtponuntur: ut,

A great, *greater*, *greateſt one* magnus: *the great-greater-greateſt ones*, magni, majores, maximi.

Cap. IV.

De Pronominibus.

Hæc ſunt Primitiva & Poſſeſſiva, & in utroque Numero duplicem Caſum formant: Rectum, ſi abſolutè ponuntur vel verbo præcedunt, & Obliquum, ſi verbo aliisve Orationis Partibus poſtponuntur.

Quæ omnia in ſequente Synopſi dilucidè conſpiciuntur.

		Primitiva in caſu Recto	obliquo
Perſon. 1.	Singul.	*I* ego	*me*
	Plural.	*We* nos	*us*

Per-

Perſon. 2.	Singul.	*Thou* tu	*thee*
	Plural.	*Ye* *you*	vos
Perſ. 3.	S. Maſc.	*He* ille	*him*
	Fœm.	*She* illa	*her*
	Neutrum.	*It*	illud
	Plur.	*They* illi, æ, a.	*them.*

Poſſeſſiva Cum Subſtant.	ſine Subſtant.
My meus	*mine*
Our noſter	*ours*
Thy tuus	*thine*
Your veſter	*yours*
His	ſuus
Her ſua	*hers*
Its	ſuum
Their illorum	*theirs*

Adjectivum *Ovvn* proprius, & Subſtant. *Self* ipſe, Pl. *ſelves*; Poſſeſſivis ſæpe adduntur. Sic:

Singul.		Plural.	
My	(*ovvn*) *ſelf*	*our*	(*ovvn*) *ſelves*
thy		*your*	
his	*him*		
her		*their*	
its	*it*		*them.*

In-

Interrogat.

Perſon.				
Perſ. & rerum	Sin. & Plur. Rect.	*Who*	*quis,*	obliq. *Whom*
		Which	*quæ, quod,*	
		What. vel quid		

Demonſtrat.

Singul.	*This*	hic	hæc	hoc
Plural.	*Theſe*			
Singul.	*That*	ille,	illa,	illud
Plural.	*Thoſe*			

Paris ſelf, Paris himſelf, Paris's ovvnſelf, ipſiſſimus.

Dicitur autem *you*, (non tamen *ye*) *your* (s) pro *thou*, *thy* (*ne*).

Cap. V.

De Verbis.

Verba ſunt duplicia, Regularia & Irregularia, ſine Conjugat. ac Modis. Et habent tantùm duo Tempora: Præſens, ſeu ipſum thema: *Love*, amo: & Imperfectum quod terminat Thema (regulariter) in *ed. Loved*, amabam. Duo item Participia: Activum terminans Thema in *ing: Loving*, amans: Et Paſſivum, terminans Thema (in regularibus) in *ed: Loved*, amatus. Eſtque ſemper cum Imperfecto eadem vox, in

in Irregularibus verò non ſemper, de quibus *infrà*.

Tres Perſonæ utriusque Numeri diſtinguuntur per præfixa Pronomina, vel tertia Perſona per quævis alia Subſtantiva: *I love*, amo: *They love*, amant.

Secunda tamen Perſona Singul. utriusque Temporis terminatur in *eſt*, & Tertia Singul. Præſentis in *eth*, vel ad libitum in *es*.

Hæ verò terminationes omittuntur in Defectivis: *Wilt*, vis: *shalt*, debes: & *wil*, vult, *shal*, *muſt*, *may*, *can*: Ut & in Imperando; Item poſt Conjunctiones *If*, ſi: *that*, ut, quod: (*al*) *though*, *albeit*, etſi *when*, cùm: *unleſſe*, niſi: *in* (*put*) *caſe*, poſito: *leaſt*, ne: *being*, *ſeing* quoniam: Sic etiam poſt Optandi formulas: (*I*) *pray God*, *I wish* (*to God* (*I*) *would to God*, *God grant*, utinam.

Verbis Infinitè poſitis præfigi ſolet Particula *To*: *To love* amare.

Verba Auxiliaria.

Doe, ago: & *did*, agebam: quibusvis Verbis præfixa, Tempus Præſens ac Imperfectum circumloquendo emphaticè indicant: *I doe love*, amo: *I did love*, amabam.

Shal

Shal, debeo, & *vvil*, volo: Futurum innuunt: *I shal* vel *vvil love*, amabo.

Let, ſino: in Imperando & Concedendo adhibetur: *Let*, *me*, *him*, *us*, *them*, *Love*, amem, amet, amemus, ament.

Have, habeo, & Imperfect. *had*, habebam, Participiis Paſſivis præpoſita, Perfectum & Plusquamperfectum indicant: *I have loved*, amavi: *I had loved*, amaveram.

Am vel *be*, ſum: (Participio paſſivo præfixum) Paſſivam vocem exprimit *I am loved*, amor, (ſum amatus) *to be loved*, eſſe amatus, amari.

Et Participio Activo junctum Activè ſignificat: *I am loving*, amo.

Verbo autem Infinito junctum neceſſitatem innuit: *I am to go*, mihi eundum eſt.

Paradigmata Verborum.

Præſens.	amo	habeo	ſum
Singul. I	*Love*,	*Have.*	*Am*, *bee.*
Thou	*loveſt*	*haſt*	*art*, *beeſt.*
He	*loveth*	*hath*	*is*, *bee.*
Pl. *We*, *ye*, *they*	*love*	*have*	*are*, *bee.*

Im-

Imperfectum. amabam. habeam. eram.

Sing. I	*Loved*	*Had*	*Was*	*Were*
Thou	*lovedſt*	*hadſt*	*vvaſt*	*vvert*
He	*loved*	*had*	*vvas*	*vvere*
Pl. *vve, ye, they,*	*loved*	*had*	*vvas*	*vver*

Perfect.		Plusquamperf.	
Sing. I	*Have-*	*Had*	*Loved*
Thou	*haſt-*	*hadſt*	
He	*hath-*	*had*	*had*
Pl. *vve, ye, they,*	*have-*	*had*	*been*

Futurum.

Singul. I.	*Shal*	*Wil*	*Love,*
Thou	*shalt*	*vvilt*	*Have.*
He	*shal*	*vvil*	
Pl. *We, ye, they*	*shal*	*vvil*	*Bee.*

Imperando & Concedendo.

Love	Sin. I.	Pl. *We*	Vel Let	Sin. *me*	Plu. *us*	*Love*
Have	*(thou)*	*(ye)*				*have*
Bee	*he*	*they*		*him*	*them*	*bee*

Infinitè.

Præſ.	*Love,*	Perfect.	*Loved*
To	*have*	*To have*	*had*
	bee		*been*

Participia.

Activa	*Loving*	Passiva	*Loved*
	Having		*Had*
	Beeing		*Been*

Irregularia Verba habentur infrá.

Cap. VI.

De Adverbiis, Conjunctionibus, Præpositionibus & Interjectionibus.

Adverbia.

Loci: *Where*, ubi. In loco; *Here*, hîc: *there*, ibi: *every, vvhere*, ubiqúe: *any vvhere*, uſpiam: *ſome-vvhere, other vvhere, ſome-vvhere els, els-vvhere*, alibi: *vvhereſo-ever*, ubicunque: *no-vvhere*, nullibi: *yonder*, illic: *aloft, on high, above*, ſupra: *belovv, beneath, under*, infra: *(vvith) in* intus: *(vvith) out, forth, abroad*, foris: *in*, intro: *at home*, domi: *nigh, near, hard by*, prope: *far (off)* longè.

Ad locum: *Wher, vvhich vvay*, quo (rsum): *hither, vard), this vvay*, huc, horſum, *thither (vvard)*, illuc: *ſome vvhether*, aliquo (rsum): *vvhether-ſo-ever*, quocunque: *up (vvard)* ſurſum: *dovvn (vvard)*, deorſum: *further*, ulterius: *home*, domum.

A loco: *(From) vvhence*, unde: *(from) hence*, hinc: *(from) thence*, inde: *from home*, domo.

Tem-

Temporis: *When*, quando: *then*, tunc: *(even) novv*, nunc: *anon, by and by, inſtantly, preſently, quickly, forthvvith, ſoon, already*, mox, citò: *as ſoon as*, ſimul ac: *ſoon after*, paulo poſt: *too (very) ſoon*, præmaturè: *early*, manè: *late*, ſerò: *of late, lately, erevvhile*, nuper: *vvhile (ſt), in the mean vvhile*, dum: *after (avvhile) here after*, deinde: *a (great) vvhile ſince (ago), long (ago), ſince*, diu: *hence forth, thence forth*, impoſterum: *betime (s)* tempeſtivè: *ſome time (s)* interdum: *to day*, hodie: *to morrovv*, cras: *yeſterday*, heri: *before, herebefore*, antehac: *ſeldom*, raro: *never*, nunquam. *Hovv long*, quam diu? *(thus) ſo long*, tam diu: *a (litl) vvhile*, parumper: *alvvay (s), ever (more), for ever (and ever)* ſemper, *(un) til*, donec: *ſtil, yet*, adhuc.

Numeri: *Hovv oft (en)* quoties: *ſo oft (en)* toties: *oft (en) times, many times*, multoties: *once*, ſemel: *tvvice*, bis: *thirce*, ter: *four times*, quater, &c.

Ordinis: *Firſt*, primò: *ſecondly*, ſecundò: *thirdly*, tertiò: *fourthly*, quartò, &c. *laſtly, at laſt*, ultimò.

Affirmandi: *Yea, yes, I, indeed, truely, verily, ſurely, forſooth*, ita, certè: *even*, etiam.

Negandi: *No* (ſolitariè poſitum) *not* (conjunctè) non.

Dubitandi : *Perhaps, perchance, peradventure, very like, likely, probably,* forſan; *hardly, ſcarce,* vix.

Qualitatis : *Hovv,* quomodo, quàm: *ſo,* ſic: *as,* ut: *vvel,* bene: *il,* male: *godly,* piè &c.

Quantitatis: *Hovv much,* quantum: *ſo much,* tantum: *too much,* nimis: (*much*) *more,* magis: *moſt,* maximè: *hovv litle,* quantillum: *ſo litle,* tantillum: *too litle,* perparum: *litle leſſe,* paulo minus: *altogether, vvholly,* totaliter: *almoſt,* ferè: *onely, but,* ſolummodo) *greatly,* admodum. *Very, much, huge, mighty, exceeding, excelent* (*ly*), *extream* (*ly*), *extraordinary* (*ly*) valdè, Nominum & Adverbiorum ſignificationem augent: *Very ſvveet,* perdulcis: *much good,* perbonus: *huge great,* permagnus: *excelent-, extraordinary-vvel,* admodùm benè.

Comparationis ſunt Adverbia Quantitatis & Qualitatis: *Wel, beter, beſt,* benè &c. *il,* (*evil*) *vvorſe* (*r*) *vvorſt* malè: *much, more* (*moe,*) *moſt,* multum: *litl, leſs* (*er*), *leſt,* parum. Cœtera comparantur more Adjectivorum, *Godly, er, eſt,* vel *much, more-moſt, godly* multum-, magis-, maximè-, piè.

Similitudinis : *As it vvere, as if, as though, even as* tanquam.

Reli-

Reliqua Adverbia ſunt vel periphraſes: *Leaſt at any time*, ne quando, vel Præpoſitiones aut Adjectiva Adverbiaſcentia: *Before*, ante: *near*, *nigh*, propè: *litl*, parum: vel denique à Nominibus formantur adjunctâ terminatione *ly*: *Manly*, viriliter: *namely*, nempe.

Conjunctiones.

Copulativæ: *Alſo*, *likevviſe*, *too*, *eke*, quoque, *both-and* cum-dum, (*even*) *as-ſo* ſicut-ita, (*by hovv much*) *the more*, - (*ſo much*) *the leſs* quò magis-eò minùs, *vvehre there*, ubi-ibi.

Conditionales: *Vnleſs*, *except*, *niſi*, *if* (*ſo*),- *then* ſi (ſic) tunc, *but if*,- *then* ſin-tunc.

Adverſativæ, *Except*, *ſave* (*ing.*) præter, (*al*) *though*, *albeit*, *put caſe*, *yet*, (*notvvithſtanding*, *never the leſſ*, *for althat*) etſi (poſito) tamen, (nihilominùs), *not* (*onely*),- *but* (*alſo*) non-quin, non tantùm-verùm etiam, *indeed*, *but*, quidem-ſed.

Disjunctivæ: *Whether*, *or*, num-an, *whether becauſe*, *or els* num quod, an verò: *either*, *or* (*els*) aut aut, *neither*,-*nor* (*yet*) nec-neque: *rather* (*more*, *ſooner*), -*then*, potiùs quàm,

Cauſales: *For*, nam: *that*, ut, qnòd: *for that*, *for as much*, *being*, *ſeing*, quoniam:

ſince (that), *vvhen as, vvhere as*, quum: *becauſe, -therefore*, quia-idcirco: *becauſe*, quia.

Continuativæ: *Beſide (s), further (more), more over*, porrò: *then*, tum.

Illativæ: *Wherefor*, eapropter: *therefore*, ergo: *then*, tunc: *ſo that*, ita ut.

Præpoſitiones.

About, circa: *Above*, ſupra: *According to*, juxta, *After*, poſt: *Againſt*, contra: *Among (ſt)* intra: *At*, apud, ad: *Before*, ante: *Behind*, pone, *Belovv*, *Beneath*, infra: *Beſide (s)* præter: *Beyond*, trans: *Betvveen*, *Betvvixt*, inter: *By*, apud, per: *Farr (off)* procul: *For* ob, *From*, à, ab: *In (to)* in: *Near*, *Nigh*, prope: *Of*, ab, de: *Openly*, palam: *(Vp) On*, ſuper: *Out (of)* ex: *Paſt*, poſt: *Prively*, clam: *Thorovv*, *Through*, per; *Tovvard (s)*, verſus: *(Vn-) To*, ad, uſque: *Vnder*, ſub: *Within*, intra: *Without*, extra: *With*, cum.

Interjectiones.

Monſtrantis: *Behold, loe, look*, ecce!

Vocantis: *Ho, hola.*

Ridentis: *Ha, ha!* Deprehendentis: *Ah, aha, ô brave.*

Dolentis & Exclamantis: *O, oh, hey, eigho, ô me.*

Contemnentis: *Tush, tut, pshe, bavvavv.*

Averſantis: *Fy, fy on't, fough.* Silentii, *Hush, whiſt, mom, ſt.*

CAP. VII.

De Etymologiâ.

Quando duo Subſtantiva concurrunt, prius evadit Adjectivum, quod dicitur Adjectivum Reſpectivum: *Sea-fish*, marinus piſcis: *ſpring-water*, aqua fontana. Ubi verò in fine (*e*) *s* admittit, vocatur Adject. Poſſeſſivum, (quia Latinorum Genitivo Poſſidentis vel etiam Efficientis reſpondet): *Gods wort*, divinum Verbum: *mens nature*, hominum vel humana natura.

Ambo autem, omnium penè Præpoſitionum vices ſupplent.

Adjectiva nonnunquam Subſtantivè, quandoque adverbialiter ponuntur.

Subſtantiva (quæ cum his Adjectivis: *ful*, plenus: *leſs*, minor; *ſome*, aliquis: *able*, potens: *like*, ſimilis, terminantur,) fiunt Adjectiva, & notant,

Ful, plenitudinem: *Careful*, diligens: *fearful*, timidus: *joyful*, lætus.

Leſſe, inopiam: *Careleſſe*, negligens, *fatherleſſ*, orbus: *graceleſſ*, impius.

Some inclinationem: *Hand ſome*, pulcher: *trublſome*, *noiſome*, moleſtus.

Able, poſſibilitatem: *Saleable*, vendibilis: *peaceable*, pacificus. Sic à Latinorum Adjectivis in *bilis*, deducta: *Vendible*, *palpable*, *poſſible*.

Like, similitudinem: *Soldier like*, *vvarlike*, bellicosus: *manlike*, virilis.

Ex Substantivis fiunt Adjectiva, additis terminationibus *y*, *ly*, *en*, *ish*, *ous*, innuentibus.

Y, participationem: *Fiery*, igneus, *fleshy*, carneus: *mighty*, potens.

Ly, convenientiam: *Godly*, pius: *bodily*, corporalis: *earthly*, terrenus.

En, materiam: *Golden*, aureus: *wooden*, ligneus: *brazen*, æreus.

Ish, inclinationem, *Aguish*, febrilis: *foolish*, fatuus: *waterish*, aqueus.

Ous, abundantiam: *Plentious*, uber: *covetous*, cupidus: *virtuous*, virtuosus.

Ex Concretis fiunt Abstracta subnexis terminationibus: *head*, *hood*, *ship*, *nesse*, *dome*, *ment*, *age*, *th*. ut,

Head, *Godhead*, deitas: *Hood*, *Brotherhood*, fraternitas: *manhood*, humanitas. *Ship*. *Friendship*, amicitia. *Lordship*, *Mastership*, dominatio. *Nesse*, *Goodnesse*, bonitas: *badnesse*, malitia. *madenesse*, insania. *Dome*. *Kingdome*, regnum: *Dukedome*, ducatus, *wisdome*, sapientia. *Ment*, & *age*, sunt Gallicæ terminationes: *Commandement*, lex: *potage*, jus. *Th*. *Length*. longitudo, *strength*, fortitudo, *hight*, altitudo: à *long*, *strong*, *high*.

Sic fiunt Numeralia Ordinalia à Cardina-

dinalibus: *One*, unum. *two 2. three 3. four 4. five 5.* &c. *The first*, primus: *second 2. third 3. fourth 4. fifth 5.* &c.

Particulæ *Dis, mis, un, in,* vocibus præfixæ, significant;

Dis, contrarietatem. *Dishonour, ing, ed,* & *dishonest, y, ly,* inhonestus. *Mis,* errorem: *Mischance, mishap, misfortune,* infortunium. *Vn* & *in* privationem: *Vnwise,* insipiens: *unfold,* explico: *unable,* impotens: *un-* vel *impossible,* impossibilis. *In* verò sæpè Latinam significationem retinet. *Indeed,* certè: *insight,* inspectio, *inrich,* vel *enrich,* ditesco.

Multa Substantiva, ut & Adjectiva, aliæque Orationis Partes verba scunt: *Drink,* potus, poto: *fish,* pisces, piscor: *love,* amo, amor: *further,* ulterius; & *forward,* antrorsum, & promoveo. Aliquando verò (præsertim Adjectivis) adjungitur termi. natio *en*: *Hast* vel *hasten,* accelero: *strengthen,* fortifico: *weaken,* infirmo.

Quodlibet Verbum parit Substantivum Verbale (agens) adjuncto *er. Lover,* amator. Duo item Participia: nempe Passivum, adjunctâ terminatione *ed* vel *en. Loved*; & Activum, additâ semper terminatione *ing, Loving*; quod Gerundiorum & Nominis Verbalis (actionem notantis) vices gerit: *A hearing,* auditus, auditio.

ditio. Hæc Participia cum aliis Orationis Partibus componuntur: *Scripture (book)*, *learned* literato, *ever-living (lasting)* æternus.

Voces à Latinis ortæ ut plurimum Apocopantur: *Honour, nature, rose, grace, image, infant, Majesty, vertue, synod, ingenuous, ingenious, fragment, fate, liberal, vice, variable, nectar.*

Verba partim à Præsenti Tempore formantur: *Exhort, extend, concern, produce, conceive, prove, govern, contain, reply, minister &c.*

Partim à Supino: *Dispose, supplicate, exact, concoct, suppresse, exspose, mix, afflict, contract, confess, collect, &c.*

Voces plurimæ, & ferè monosyllabæ, Germanis & Anglis communnes sunt.

De Orthographia.

Multæ voces diversimodè scribuntur, quod vel pronunciatio, origo, antiquitas, vel dialectus causat. *Bear (e) beer*, cerevisia: *year (e) yeer, yere*, annus: *con (n) y, cunie*, cuniculus: *outmost, ut (ter) most*, extimus: *ye (e) ld, yeild (e)* dedo: *disdain (e) disdeign (e)* dedignor: *i(s)le, yle*, insula: *theef, theif*, fur: *th (o) rugh, thorovv*, per, &c.

e t c t

Sic: *y* pro *the*, *y that*, *vv vvhich*, *vv vvhat*, *l'l l'vvil*, *& and*, *viz*, *to vvit*: compendiosè scribuntur. Verba

Verba Irregularia seu Anomala.

Thema s. præs.	*Imperfectum,*	*Participium.*	
r. Abide	Abade, Abode	Abode, Abid(ẽ.)	*Maneo; fero.*
r. Aske	Askt	Askt.	*Posco.*
r. (A)vvake	(A)vvackt, (A)vvoke	(A)vvoke(n)	*Evigilo.*
Am, *vel* Be	Was, Were	Been.	*Sum.*
Beare	Bare, Bore	Bore, Borne.	*Fero, pario.*
Beate	Beat	Beat(en).	*Percutio.*
Become	Became	Become.	*Fio; decet.*
Befal	Befel	Befalen.	*Obvenit.*
Beget	Begat Begot	Begot(en).	*Gigno.*
Begin	Began. Begun.	Begun.	*Incipio.*
Behold.	Beheld.	Beheld. Beholdẽ.	*Inspicio.*
r. Beleeve	Beleft	Beleft.	*Credo.*
r. Bend	Bent	Bent.	*Flecto.*
r Bereave	Bereft	Bereft.	*Spolio.*
r. Beseech	Besought	Besought.	*Obsecro.*
Bid	Bade, Bode	Biden.	*Iubeo.*
Bind	Bound.	Bound.	*Ligo.*
Bite	Bit	Bit (en).	*Mordeo.*
r. Bleed	Bled	Bled.	*Sanguino.*
r. Blesse	Blesst.	Blest.	*Benedico.*
r. Blovve	Blevve	Blovven.	*Spiro.*
r. Bolt.	Bolt	Bolt.	*Pessulo.*
Break	Brake, Broke	Broke(n)	*Frango.*
Breed	Bred	Bred.	*Parturio; educo.*
Bring	Brought	Brought.	*Adfero.*
r. Burn	Burnt	Burnt.	*Vro.*
r. Burst	Burst	Burst.	*Rumpo.*
Buy	Bought	Bought.	*Emo.*
r. Buyld	Buylt	Buylt.	*Aedifico.*
Can	Could	o.	*Possum.*
Cast	Cast	Cast.	*Iacio.*
r. Catch	Catcht, Caught	Catcht Caugth.	*Capio.*
Chide	Chod, Chid	Chid(en)	*Objurgo.*
r. Choose	Chose	Chosen.	*Eligo.*
r. Cleave	Clave, Clove, Cleft,	Cleft, Cloven.	*Findo, hæreo.*
Clim(me)	Clam(me), Clome,	Clom(me).	*Scando*

Cling

	Cling	Clang, Clung.	Clung.	*Comprimo.*
	Come.	Came.	Come	*Venio.*
r.	Content	Content.	Content.	*Placeo.*
	Coſt.	Coſt	Coſt.	*Valeo.*
r.	Crack	Crackt.	Crackt	*Crepo.*
r.	Creep	Crept:	Crept.	*Serpo.*
r.	Crovve	Crevve.	Crovven.	*Cucurio.*
r.	Curſe	Curſt	Curſt	*Maledico.*
	Cut	Cut	Cut	*Scindo.*
r.	Dare	Durſt	Dared.	*Audeo.*
r.	Deale	Dealt	Dealt.	*Diſtribuo, ago.*
	Dip	Dipt	Dipt.	*Mergo.*
	Doe	Did	Doen.	*Facio.*
r.	Dravve	Drevve	Dravven.	*Traho.*
	Drink	Drank, Drunk	Drunk(en).	*Bibo.*
	Drive	Drave, Drove	Drove, Driven.	*Pello.*
r.	Dvvel	Dvvelt	Dvvelt.	*Habito.*
	Eate	Ate, Eat	Eaten.	*Edo.*
	Fall	Fell	Fallen.	*Cado.*
	Feed	Fed	Fed.	*Paſco.*
	Feel	Felt	Felt.	*Sentio.*
r.	Fetch	Fetcht, Faught	Fetcht, Faught.	*Affero.*
	Fight	Fought	Fought.	*Pugno.*
	Find	Found	Found.	*Invenio.*
r.	Fish	Fisht	Fisht.	*Piſcor.*
r.	Fit	Fit	Fit.	*Apto.*
r.	Fix	Fixt	Fixt.	*Figo.*
	Flee	Fled	Fled.	*Fugio.*
	Flie	Flevve	Flovven, Flyen.	*Volo, as.*
r.	Fling	Flang, Flung	Flung.	*Ejaculor.*
r.	Flovve	Flevve	Flovven.	*Fluo.*
	Forbear	Forbare, Forbore	Forboren.	*Abſtineo.*
	Forbid	Forbade	Forbiden.	*Prohibeo.*
	Forget	Forgat, Forgot	Forgot(en).	*Obliviſcor.*
	Forgive	Forgave	Forgiven.	*Condono.*
	Forſake	Forſook	Forſook, Forſaken.	*Linquo.*
	Freeze	Froze	Frozen.	*Gelaſco.*

r. Geld

r.	Geld	Gelt	Gelt.	*Caſtro.*
	Get	Gat, Got	Got(en)	*Acquiro.*
r.	Gild	Gilt	Gilt.	*Inauro.*
r.	Gird	Girt	Girt.	*Cingo.*
	Give	Gave	Given	*Do.*
	Goe	Went	Gone. Goen.	*Eo.*
r.	Grind	Ground	Ground.	*Contero.*
	Grovve	Grevve	Grovven.	*Creſco.*
	Hang	Hung	Hung.	*Pendeo.*
	Have	Had	Had.	*Habeo.*
r.	Heave	Hove	Hoven.	*Levo.*
r.	Help	Helpt, Holp	Helpt, Holp(en)	*Juvo.*
	Hide	Hid	Hid(en).	*Abſcondo.*
	Hit	Hit	Hit(en.)	*Tango; ferio.*
	Hold	Held	Held, Holden.	*Teneo.*
	Hurt	Hurt	Hurt.	*Lædo.*
	Keep	Kept	Kept.	*Cuſtodio.*
	Knit	Knit	Knit.	*Necto.*
	Knovv	Knevv	Knovven.	*Scio.*
r.	Lead	Led	Led.	*Duco.*
r.	Leap	Lept	Lept.	*Salio.*
	Leave	Left	Left	*Linquo.*
	Lend	Lent	Lent.	*Accommodo.*
	Let	Let	Let.	*Concedo.*
	Lie	Lay	Lien, Lay'n.	*Jaceo.*
	Looſe, Leeſe:	Loſt	Loſt.	*Amitto.*
	Make	Made	Made.	*Facio; Creo.*
	Meet	Met	Met.	*Occurro.*
r.	Mix	Mixt	Mixt.	*Miſceo.*
r.	Paſſe	Paſt	Paſt.	*Tranſeo.*
	Put.	Put.	Put.	*Pono.*
r.	Quake	Quoke	Quaken.	*Tremo.*
r.	Quit	Quit	Quit.	*Libero,*
r.	Reach	Raught	Raught.	*Porrigo.*
	Reade	Read	Read.	*Lego.*
r.	Reap	Reapt	Reapt.	*Meto.*
	Rend, Rent:	Rent	Rent.	*Lacero.*

Rid

	Rid	Rid	Rid.	*Extrico.*
	Ride	Rode, Rid	Riden.	*Equito.*
	Ring	Rang, Rung	Rung.	*Tinnio.*
	Riſe	Roſe, Ris	Riſen, Roſen.	*Surgo.*
	Run	Ran	Run.	*Curro.*
	See	Savv	Seen,	*Video.*
	Seek	Sought	Sought.	*Quæro.*
r.	Seeth	Sod	Sod(en).	*Coquo.*
	Send	Sent	Sent.	*Mitto.*
	Set	Set	Set.	*Pono, Loco*
r.	Shake	Shook	Shook, Shaken.	*Tremo.*
r.	Shear, Sheer,	Share, Shore	Schoren.	*Tondeo.*
	Shed, Sheed.	Shed, Shod	Shed, Shod(en).	*Effundo.*
	Shend	Shent	Shent.	*Conſitior.*
r.	Shine	Shon	Shon.	*Splendeo.*
	Shite	Shit	Shit(en).	*Caco.*
r.	Shoot	Shot	Shot(en).	*Ejaculor.*
	Shre(a)d	Shred	Shred.	*Amputo.*
	Shrink	Shrank, Shrunk:	Shrunk(en).	*Contrahor.*
	Shut	Shut	Shut.	*Claudo.*
	Sing	Sang, Sung	Sung,	*Cano.*
	Sink	Sank, Sunk	Sunk(en).	*Subſido.*
	Sit	Sate	Siten.	*Sedeo.*
	Slay	Slevv	Slayn.	*Neco.*
r.	Sleep	Slept	Slept.	*Dormio.*
	Slide	Slod, Slid	Slid.	*Lubrico.*
	Sling	Slang, Slung	Slung.	*Ejicio.*
	Slink	Slank, Slunk	Slunk.	*Deglutio.*
	Slip	Slipt	Slipt.	*Elabor.*
r.	Slit	Slit	Slit.	*Findo.*
r.	Smart	Smart	Smart,	*Doleo.*
r.	Smel	Smelt	Smelt.	*Odoro.*
	Smite	Smote, Smit	Smote, Smit(en).	*Percutio.*
r.	Snovv	Snevv.	Snovven.	*Ningo.*
	Sovv	Sevv	Sovven.	*Sero.*
	Speak	Spake, Spoke	Spoke(n).	*Loquor.*
	Speed	Sped	Sped.	*Proſpero.*

Spend

	Spend	Spent	Spent.	*Inſumo.*
r.	Spil	Spilt	Spilt.	*Effundo.*
	Spin	Span, Spun	Spun.	*Neo.*
r.	Spit	Spat, Spet	Spit.	*Spuo.*
	Split, Spleet	Split:	Split (en):	*Findo.*
	Spread	Spred	Spred.	*Sterno.*
	Spring	Sprang, Sprung	Sprung.	*Orior.*
	Stand	Stood	Stood.	*Sto.*
	Steal	Stale, Stole	Stole (n).	*Furor.*
	Stick	Stak, Stuk	Stuck (en).	*Hæreo; figo.*
	Sting	Stang, Stung	Stung.	*Pungo.*
	Stink	Stank, Stunk	Stunck (en):	*Fæteo.*
	Stride	Strode, Strid	Strid (en).	*Varico.*
	Strike	Strak, Struk	Struk (en) Striken	*Ferio.*
	String	Strang, Strung	Strung	*Apto chordas.*
r.	Strip	Stript	Stript.	*Exuo*
	Strive	Strave, Strove	Strove, Striven.	*Certo; nitor.*
	Svvear	Svvare, Svvore	Svvoren.	*Iuro.*
	Svveat	Svvet	Svvet.	*Sudo.*
r.	Svveep	Svvept	Svvept.	*Verro.*
r.	Svvel	Svvelt	Svvolen.	*Tumeo.*
r.	Svvim	Svvam, Svvum	Svvum.	*No, nato.*
r.	Svving	Svvang, Svvung	Svvung.	*Ventilo.*
	Take	Took	Taken, Took	*Accipio.*
r.	Teach	Taught	Taught.	*Doceo.*
	Tear	Tare, Tore	Toren.	*Diſcerpo.*
	Tel	Told	Told.	*Narro.*
	Think	Thought	Thought	*Cogito.*
r.	Thrive	Throve, Thriv	Thriven.	*Vigeo.*
r.	Throvv	Threvv.	Throvven.	*Iacio.*
	Thruſt	Thruſt	Thruſt.	*Pello.*
	Tread	Trade, Trode	Troden.	*Peſſundo.*
	Wear	Ware, Wore	Wore (n).	*Tero: gero.*
r.	Weave	Wove	Woven	*Texo.*
r.	Weep	Wept	Wept.	*Lacrumo.*
r.	Whip	Whipt	Whipt.	*Flagello.*
	Wil	Would	Wiled.	*Volo.*
r.	Wind	Wound	Wound.	*Glomero.*

Win	Won, Wun	Wun.	*Lucror.*
Worke	Wrought.	Wrought.	*Operor.*
Wring	Wrong, Wrung	Wrung.	*Torqueo.*
Write	Wrote, Writ	Writ (en).	*Scribo.*

Nomina rerum quotidianarum.

Almond, amygdala.
Ape, simia.
Apple, pomum.
Bed, lectus.
Beer, cervisia.
Black, niger.
Body, corpus.
no body, nemo.
Boy, famulus.
Bookseller, bibliopola
Bridge, pons.
Britches, femoralia.
Bread, panis.
Breakfast, jentaculum
Busines, negotium.
Candle, candela.
Cap, pileus.
Cat, catus.
Chamber, cubile.
Cheep, vili pretio.
Cheese, caseus.
Cherries, cerasa.
Cleane, nitidus.
Cloake, pallium.
Cloud, nubes.
Coach, Carpentum
Cold, frigidus.
Countrymen, conterranei.
Dinner, prandium.
Dog, canis.
Doore, janua.
Doublet, thorax.
Eagle, aquila.
Ease, facilis.
Earth, terra.
Eye, oculus.
Face, facies.
Faire, pulcher.
Fidler, fidicen.
Gentlemen, nobilis.
Grass, gramen.
Green, viridis.
Hand, manus.
Hard, durus.
Head, caput,
Heaven, cœlum.
Heavie, difficilis.
Hog, sus.
Hot, calidus.
Inck, atramentum
Key, clavis.
King, rex.
Lady, matrona.
Lamb, agnus.
Late, serus.
Learned, doctus.
Left, sinister.
Lion, Leo.
Limner, pictor.
Lodging, hospitium.
Lookingglasse, specul.
Meath, caro.
Mile, miliare.
Mother, mater.
Mountain, mons.
Mutton, caro ovillaũ,
Napkin, linteolum.
Oyle, oleum.
Paper, papyrus.
Peare, pyrum.
Place, spatium locus.
Plat, orbis.
Poore, pauper.
Pot, cantharus.
Pottage, jusculum.
Pound, libra.
Queen, regina.
Red, rubeus.
Right, rectus.
Rostmeath, caro assa.
Salt, sal.
Sec, vinum Hispan.
Shirt, indusium.
Short, brevis.
Shoomaker, sutor.
Sir, dominus.
Sister, soror.
Snuffer, emunctoriũ.
Sowr, *acidus*.
Spider, aranea.
Spon, cochleare.
Star, stella.
Stokens, tibialia.
Street, platea.
Sweet, dulcis.
Swort, gladius.
Supper, cœna.
Table, mensa.
Tailor, sartor.
Teacher, doctor.
Time, tempus.
Towr, turris.
Town, urbs.
Tradesmen, mercator.
Tree, arbor.
Veale, caro vitulina.
Vineger, acetum,
Water, aqua
Wearie, fessus.
Windowr, fenestra.
Women, mulier.
World, mundus,
Wood, lignum.
Wyn, vinum.

FINIS.